



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 31. Regis interdictum de libris absque ejus approbatione non  
imprimendis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

**Sæcul. XVI.** vit tanquam non legitimum, & factum  
A.C. 1563. a judicibus, ad quos rerum, quæ publicum Regni statum spectant, cognitio minime pertinuit: insuper Rex præcepit, ut edictum, quod in proximo mense Septembri condebatur, in Curia publice lectum promulgaretur sine ulla oppositione, ac sine ulla præscripta conditio ne, huicque promulgationi interesse tenerentur omnes Curiæ Præsides, ac consiliarii, nisi morbo, aut legitima alia caufsa impedirentur, alioquin ad tempus Magistratu summovendi: præterea inhibuit, ne in posterum in controversiam deducere, statuere, & deliberare super decretis a Rege conditis præsumerent. His auditis Curiæ Senatores morem gerebant, atque edictum ad acta relatum die vigesima octava Septembbris promulgatum est.

### §. XXXI.

*Regis interdictum de libris absque i-  
jus approbatione non im-  
primendis.*

Insuper Rex die secunda ejusdem Mensis, edito diplomate prohibuit, ne quis libros novos, antequam a Viris, per Regem ad id delegatis examinati sint, & approbati, typis mandet, poena capitis, & bonorum publicatione in eos, qui contra fecerint, constituta.

Hoc

Hoc edictum non modo promulga- Sæcul XVI.  
A.C. 1563.  
tum est, ut licentiæ Librariorum quos-  
cunque libros, ac libellos promiscue  
absque permisso edentium obviaretur,  
sed potissimum id fiebat, ut tam Guisio  
Duci, quam Colinio Architalasso fa-  
ventium furor coerceretur, cum non  
minus hi, quam illi famosis suis libel-  
lis mutuo se se proscinderent.

§. XXXII.

*Aliud edictum in favorem Parochorum.*

Insuper in favorem Clericorum ex Pa-  
risensi Diæcesi sanctum fuit, ut  
Sacerdotes, & Parochi a publicis one-  
ribus, militum stationibus, præstanta  
annona, aliisque, quæ copiis in tran-  
situ alendis imperari consueverunt, im-  
munes essent. Hoc edictum eodem  
die, quo superius diploma, in Senatu  
fuit promulgatum, illiusque executio,  
ac cognitio Prætori Parisiensi speciali-  
ter demandata: alio autem edicto sta-  
tutum, ut in quavis Ecclesia Cathedrali,  
& Collegiata, ubi plures, quam de-  
cem Canonici sunt, Magister, aut Scho-  
lasticus constituantur, qui juvenes Re-  
ligionis, ac literarum præceptis imbue-  
ret, ita tamen, ut ei cuiusdam præ-  
bendæ reditus assignentur.

§. XXXIII.

*Jacobi Putei Cardinalis obitus.*

O 2

Hoc